

R C H



IN NOMINE DOMINI AMEN  
LXXXVIII ANNO  
MDCCLXXXVIII

1570





~~1721~~  
 d. Hertelys. jar. / quatuor  
 nam sarrarum d. M. Luth.  
 ri Centurid 10. Basilea  
 1576

2. Lutheri s. Mart.  
 mandatum Grej: Chaselia  
 traditum quemadmodum  
 respondere debeat  
 sacramentarijs. Witten-  
 berga, 1529

actos provenit via Dei sicut mundum in fide  
a beatis intelligit; quoniam vere via Dei in illis  
provenit.

over

et  
tate

li  
en

Lembertus Schraderus  
Anno 1629.

Conf.

Ord.




DOCTO=  
RIS MARTINI LV=  
THERI MANDATVM

Anno Dñi M. D. XXV.

traditū Gregorio Chas=  
selio, quemadmodū  
respondere de=  
beret Sa=  
cramentarijs, q ip=  
sum Vuittembergā miserant.

M. D. xxix.



STO FRATRIBUS VESTRIS  
VENERABILIBUS IN CHRIS

di D. Dominicus apud Argentoratum  
vobis salutem & pacem  
in Christo

**R**edit Chastelus fratres in Domino salutem  
vobis ad vos viri optime. Et quod magis  
oro, Christum oro, ut per Chastelum suo  
spiritu vobis dicat, quid vobis optineat.  
Res suscipiat precantem istam, & oculum tan  
tillum. Pudentes estote viri charissimi, Sa  
phan non est homo, nequam mundus, sed deus  
& princeps mundi, Occolampadij & vnum  
glis sanctimoniam, & ecclesiam eorum laudant  
& vobis quis non gaudeat? Sed videte quod  
tum est. & vnum glis in peccato originali.  
Quid vero sanctimoniam & ecclesiam vocet  
tis, non satis intelligo, tam varie licet ve  
stris afficiat. Nos nihil tale audemus de vo  
bis affirmare. Atque vnum sine nobis reg  
naretis. Christum a nobis primo vulgatum  
audemus gloriam. At huius negationis  
A  
ii

VENERABILIBVS IN CHRISTO  
FRATRIBVS, VER

bi Dei ministris apud Argenti  
nam, viris bonis & eru  
ditis gratiam & pacē  
in Christo.

**R**edit Chasellius frater in Domino amabilis, ad vos, viri optimi. Et quid multis orem, Christum oro, vt per Chasellium suo spiritu vobis dicat, quid vobis optemus, Res suspirat breuitatem istam, & ocium tantillum, Prudentes estote viri charissimi, Sathan non est homo, neq; mundus, sed deus & princeps mūdi, Oecolampadij & Zvūinglij sanctimoniā, & ecclesias eorum laudari a vobis quis non gaudeat? Sed videte quorsum eat Zvūinglius in peccato originali. Quid vero sanctimoniā & ecclesiam vocetis, non satis intelligo, tam varie literis vestris afficior. Nos nihil tale audemus de nobis affirmare, Atq; vtinam sine nobis regnaretis. Christum a nobis primo vulgatum audemus gloriari. At huius negationis

A ij iam

iam traducit nos Zvuinglius, Errare possumus, Quid si & vos erretis: sed ex Chaselio omnia, Dominus autem faciat, quod bonum est in oculis suis, Amen. Vuittemberge  
Dñica post Omnium sanctorum.  
M. D. xxv. Mart. Luther.

GREGORIO CHASELIO  
SALVTEM.



REFERAS DOMINIS ac fratribus mi Chaseli ea quæ audisti & vidisti. Primū quando ipsi per sese sentiunt fore, vt hæc causa magnum sit incendiū conflatura, acquiescant huic monitioni spiritus & reuerentur, ne postea frustraneo cōscientiæ singultu gemant spiritus monitionem a sese fuisse neglectam. Pace nihil optabilius nobis, vt quam hæcenus & docuimus & seruauimus quantū in nobis fuit cū omnibus solliciti, teste ipsorummet conscientia q̄ hanc tragediam non mouimus primi, sed coacti respondimus.



respondimus. Silere vero perpetuo non est  
integrum, cum ipsi æditis libellis (Zvuing-  
lium & Oecolampadiū puto) animos mo-  
uerint, nisi optent nos a verbi ministerio &  
animarum cura abstinere. Intolerabile est  
illis loquentibus tacere, & turbantibus nos-  
tram Ecclesiam & extenuantibus nostram  
authoritatem cedere. Cogitent si suam do-  
cendī authoritatē metuunt ac nolunt minui  
nec nostram minuendā esse. A conuitijs ab-  
stinere iustum est, Sed quomodo responde-  
ri potest aut contradici, si damnare non licet  
& damnandi verbum pro conuicio rapitur?  
An non est conuitiū q̄ illi modestissimi nos  
carniuoras, esculentum deum, impanatumq̄  
colere, tum negationis redēptionis in cruce  
factę æditis libellis traducunt? Hæc tamen  
hactenus tulimus, cum ipsi ferre nequeant  
si errare dicantur a nobis, an prorsus proba-  
ri volunt? Plane non feremus talia. Consi-  
lium illud non stat q̄ fideles auocandi sint a  
questione corporis & sanguinis presentis, &  
solo verbo & fide exercendi. Apud nos  
verbum & fides sine re, in qua nituntur, non  
sunt

A iij

sunt

sunt, cum ipsa verba inuoluant sententiam istam, an sit corpus & sanguis ibi. Nec vulgus auocari ibi potest, tot libellis per illos sparsis & receptis. Ipsorum fuerat primo tacere, Sero nunc silentium queritur. Quid vero metuunt si experimento fidei (quod iactant) certi sunt, si non fallunt neque falluntur. Nos qui sumus qui illis resistamus? Qui sunt adeo certi de fide eiusmodi, tenentur prodire & nos damnare erroris, ut conscientijs & animabus per nos seductis consulant scilicet ex officio obstricti. Cum vero & sic trepident & illud querant, monemus ut iam altera monitione spiritus metuant & videant quid agant. Qui enim experimento fidei certi sunt, non ista querunt, neque consulunt, Spiritus enim non sic trepidat aut disputat. Deinde non diximus vnicuique neutram rem esse carnem & sanguinem Christi, aut non afferre salutem, sed diximus verbo predicandam, & cibum esse verum animæ. Hic tertio monet eos spiritus, ut sibi caueant eo lapsi, ut rem necessariam, faciant inutilem & neutram, idque nobis falso imputent.

Summa

Summa. Vtros oportet esse Sathane ministros, vel ipsos, vel nos. Ideo hic nulli consilio aut medio locus, confiteri oportet vtrā partem quod credit. Atq; hic oramus, quando ita certi sunt, ne dissimulent apud vulgū sese nobis dissentire. Hæc quarta monitio spiritus est qui non sic simulat. Q; si ipsi pergant dissimulare, nobis incumbit, vt confiteamur esse nos alienos abinuicem, repugnantibus spiritibus. Quæ enim conuentio Christi ad Belial? Pacem libenter amplectimur, modo salua sit pax erga deum nobis per Christum parta. Rationes nihili sunt, Tropum non admittimus, nec ipsi probant, & huic monitioni spiritus oro vt cedant. Probandū erat an verbum Est, in loco isto pro significat debeat accipi. Ipsi vero probant alicubi in scripturis pro significat accipi. Quis hoc ignorabat? Tum hoc maxime metuant, cum manifesto in alijs locis cæcutiant, ne etiam hoc loco errent, videlicet manifeste cæcutiunt in illo. Petra erat Christus. Paulus enim non de petra corporali dicit, sed de spirituali. Sic enim habet,

amms

A iij

Bibebāt

Bibebant de spūali conſequentē eos petra.  
Petra autem erat Chriſtus. Nōne hęc, id eſt,  
ſpiritualis petra erat Chriſtus? Vbi hic Erat  
pro ſignificat accipietur? Eſt ne igitur hic  
manifeſtus lapſus? Item & illud, Agnus eſt  
transitus domini, maniſeſtus lapſus eſt. Vbi  
enim hoc habet ſcriptura. Sic dicit Moſes,  
Comedetis feſtinanter, eſt enim transitus  
domini. Hoc eſt, Ideo hęc omnia facietis  
quia dies ille eſt paſca vel transitus domi-  
ni. Sicut ſi dicerem, Comede aſſaturā quia  
dies dominica eſt. Ad tempus ſcilicet vel  
diem refertur non ad agnum. Nec aliud etiā  
am iſto loco probatur. Sic & illud, Hoc po-  
culum eſt teſtamentum nouum, valeret, Si  
apocopen admitti illic oporteret. Nunc au-  
tem ſic dicit, Hoc poculū eſt teſtamentū no-  
uū in meo ſanguine. Poculum ſcilicet p̄ ſeſe  
nihil eſt, ſed per ſanguinem meum eſt teſta-  
mentum q̄ ſanguis ſine poculo tradi non po-  
tuit. Et quæ ratio ſymboli vt poculum ſig-  
nificet teſtamentū vel vinū ſignificet ſan-  
guinem Chriſti? Vbi hęc in ſcripturis? Non  
ne hęc mera ſunt figmenta proprię opinio-  
nis,

nis: quasi sufficiat dicere, mihi videtur poculum (scilicet quod est aurum & argentum) esse symbolum fusi pro nobis sanguinis, cum illud sit durum & solidum, neque fusibile, atque ut vinum admisceas, vinum bibitur non funditur. Quanto rectius veteris testamenti oblationes vini quæ fundebantur essent fusi sanguinis symbolum? Sed sint hæc nihil. Summa est, ut probari possit, Est pro significat alicubi accipi, probari tamen non potest hoc loco sic accipi. Iam sine ratione & scriptura vim facere diuinis verbis sacrilegium est. Quare per Christum & omnia quæ chara in Christo habemus, rogamus fratres, ut ab hoc errore tot signis indicato alienum esse a spiritu, tam nihili argumentis nixo abstineant, desinantque animas seducere. Periculum enim animarum hic maximum agitur. Quod si omnino (persuasi) desinere nolint aut non possint, Arianorum seculi furoribus id comparabimus, & ira dei nostram ingratitude plectente tantisper laborabimus donec misereatur nostri,

stri. Damnum maximum patrabunt, SED  
NON PERVINCENT. Q<sup>z</sup> Zvuinglius  
vel ipsi verbo meo offenduntur, q<sup>d</sup> dixi,  
Es mus ia recht sein was ich schreib/do  
leo. Significant enim nonnullo animi mor  
bo laborare in me. Cur ipsi iactant experi  
menta fidei? An non est fastuosissima illa  
vox si carnem spectes, verum saluberrima  
si vera sit Petro authore, qui vult nos sic lo  
qui, vt certi simus verbum Dei nos loqui.  
Qua certitudine, nisi ipsi inanes essent, me  
am certitudinem & fiduciam non sic dam  
narent. Quid est eorum experimentū fidei  
& spiritus testimonium, si talia de nobis iac  
tare, & de alijs audire iactata non possu  
mus? Verum plura dabit res ipsa cum tra  
ctari ceperit. Nos certi sumus eos errare,  
Ipsi viderint q̄ certi sint sese non errare. Do  
minus det vt vere non errent, hoc est resipi  
scant, Amen. Cætera tu mi Chaseli  
dices, Vides enim nos non vnīs  
aut binīs negocijs  
occupatos,  
Martī. Luther.

Vuittemberge apud Georgium Rhau.

SED DAMNATA MAXIMUM PARTEM, SED  
NON PERVALENT. Q. Zvina  
glus vel ipse verbo meo offendunt, q. di  
at. Eius in recte sem tota ich. Ioh. 1. 23.  
leo. Significat enim nomen animi mor  
ho laborare in me. Cur ipse isctant exper  
mentis fidel? An non est falsissima illa  
vox si carum ipse, verum saluberrima  
si vera in Petro auctore, qui vult nos sic lo  
qui, ut certi sumus verbum Dei nos loqui  
Qua certitudine, nisi ipse inanes essent, me  
am certitudinem & fiduciam non sic dam  
narent. Quid est enim experimentum fidei  
& ipsius testimonium, si testis de nobis is  
ctare. & de alijs audire iactas non possit  
mus. Verum plura dabit res ipsa cum tra  
ctari ceperit. Nos certi sumus eos errare,  
ipse videtur q. certi sum esse non errare. Do  
minus det ut vere non errent, hoc est respice  
scam. Amen. Carca tu mi Chalei  
dices, Vides enim nos non vris

aut hinc negotijs  
occupatos.  
Mart. Luther.

Vintemburge apud Georgium Rhan



Augustinus

Cum me p[er]gat aliqua t[em]p[or]is  
negotatio, inquit, recorro ad  
intra christi: Als off sprich  
si, wie loss gedanken sin  
fallen, und mich belu[m]men  
so laufft und kommt in (red  
dies d[ur]ch den glauben) In  
den wunder geist.

Item, Cum me premit caro  
nata, recordatione intrinsecum Do.  
mini uti resuro. Das ist wenn  
me mit fleisch z[er]st[er]t, und mich  
gibt, und d[ur]ch den, und in mich  
in die wunder int[er]io[ra] fueren  
gedacht, so fueran ich mich,  
und dem christe aniff die  
Beint. In Manual. cap. 22




AB: 40 <sup>12</sup>  
2,3

(X 2195478)

5b.

3b.






B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



OCTO-  
 MARTINI LV-  
 RI MANDATVM  
 no Dñi M. D. XXV.  
 aditũ Gregorio Cha-  
 felio, quemadmodũ  
 respondere de-  
 beret Sa-  
 cramentarijs, q ip-  
 Vuittembergã miserant.  
 M. D. xxix.

